



CONGREGATIO PRO GENTIUM EVANGELIZATIONE

DECRETUM

Cum per renuntiationem Exc.mi ac Rev.mi Domini Petri Ebere OKPALEKE, Dioecesis Ahiarana in Nigeria vacans exstiterit, haec Congregatio pro Gentium Evangelizatione, gubernioni eiusdem vacantis Dioecesis providere cupiens, omnibus mature perpensis et audito Exc.mo ac Rev.mo Domino Antonio Guido Filipazzi, Archiepiscopo tit. Sutрино atque Apostolico in Nigeria Nuntio, vigore facultatum specialium sibi a Sanctissimo Domino Nostro **FRANCISCO** Divina Providentia **Papa** concessarum

Exc.mum ac Rev.mum Dominum
LUCIUM IWEJURU UGORJI
Episcopum Umuahianum

ADMINISTRATOREM APOSTOLICUM *Sede vacante et ad nutum Sanctae Sedis* Dioecesis Ahiaranae nominat et constituit, eique simul tribuens omnes facultates in eadem Circumscriptione.

Contrariis quibusvis minime obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus Congregationis pro Gentium Evangelizatione, die XIX mensis Februarii, anno Domini MMXVIII.

A. Carol. S. Thom.
Praef.
[Signature]
Sec.